

FERIA V. 691

dñi nō auro, neq; gemmis & serico, sed linteamine pu-
ro obuolutū sit, quanquam & hoc significet, quod il-
le in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente
eum suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit, ut sacri-
ficium altaris, non in serico, neq; in panno tincto, sed
in lino terreno celebretur, sicut corpus dñi est in sin-
done munda sepultum, iuxta quod in gestis pontifi-
calibus à beato papa Siluestro legimus esse statutum.
De monumento dñi ferunt, qui nostra ætate Hiero-
solymis Britāniam uenere, quod domus fuerit rotū-
da, de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut in-
tro consistens homo, uix manu extenta culmen pos-
sit attingere, qua habet introitum ab oriente, cui la-
pis ille magnus aduolutus atq; appositus est. In cuius
monumēti parte aquilonari sepulchrum ipsum, hoc
est, locus dominici corporis, de eadē petra factus est,
septem habens pedes longitudinis, trium uero pal-
marum mensura, cetero paumento altius eminens.
Qui uidelicet locus non desuper, sed à latere meridia-
no per totum patulus est, unde corpus inferebat: co-
lor autem eiusdem monumenti ac loculi, rubicūdo
& albo dicitur esse permixtus.

FERIA QVINTAOS

Palmarum, in cœna dñi. Ioh. XIII.

FIn illo tempore Ante diem festū Pa-
schæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut
transcat ex hoc mundo ad patrem. Et reli-

Pascha non (sicut quidam existimant) græcū no-
men est, sed hebræum, Pascha transitus dicit in

sua lingua, propterea quia tunc primum pascha celebrauit populas domini, quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt. Quae figura in Christo secundum veritatem impleta est, cum per passionem suam transiret ex hoc mundo ad patrem. Ita nobis quoque transeundum est ex hoc mundo ad patrem, a temporalibus ad æternam, ab iniuritate ad iustitiam, a deceptore diabolo ad saluatorem Christum. Cum dilerisset suos qui erant in mundo, ut in finem dilexit eos. Vt ergo ut ipsi de hoc, ubi erant, ad sibi caput, quod hinc transisset, eius dilectione transissent. In finem, id est, in æternum dilexit eos. Vel in finem, in Christo; quia finis legis est Christus. Et cœna facta. Non ita debemus intelligere cœnam factam, ueluti iam consumptam atque transactam. Adhuc em cœnabatur, cum dominus surrexit, & pedes lauit discipulis suis: nam postea iterum recubuit, & buccellā suo traditorī dedit. Cœna dicta est iam parata conuenantibus discipulis cum magistro, cum diabolus iam misisset in eō. VI trāderet eū Iudas Simonis Scariothīs. Si queris quid missum sit in cor luctæ, hoc utique ut traderet eum. Missio ista, spiritalis suggestio est: non in aures corporales, sed in cor consentientis iniqua. Sicut enim bonas cogitationes benignus spiritus immittit, sic malas cogitationes malignus spiritus suggerit. Sed interest, quibusnam eorum mens humana consentiat, diuino auxilio uel deferra per meritū, uel adiuta per gratiam. Sine fide eti proditor ad cōiūnum non credens deum esse, quem tradere cogitabat, uidebatur & tolerabat, in eo, quē falli putabat, fallebatur, cuius malitia bonitas detebatur ad salutem aliorum. Sciens quia omnia

dedit ei pater in manus ergo & ipsum traditorē.
Nam si eum in manibus non haberet, non utiq̄ illo
uteretur ut ueller. Sciebat enim dominus quid face-
ret pro amicis, qui patienter utebatur inimicis. Scieſ
etiam quia a deo erit, & ad deum radit. Nec de-
um, cū inde exiret, nec nos deserens, cū rediret. Sur-
git a cōena, & ponit vestimenta sua. Locuturus
euāgelistā de tanta domini humilitate, prius eius cel-
litudinem uoluit commendare. Ad hoc pertinet qd
ait. [Sciens quia om̄ia dedit ei pater in manus.] Nō
dei domini, sed hominis serui impleuit officium. Ta-
ta est quippe humanae humilitatis uilitas, ut ea com-
mendaret suo exemplo etiā diuina sublimitas. [Sur-
git a cōena,] delēdit de cælestib⁹. [Posuit uestime-
ta sua,] id est, semetipsum exinanivit. Cum accepis-
set linteum, pr̄ & cingit se, formam serui induens.
Hunc aquam in pelvīm, id est, fudit sanguinem
suum in terram, ut mundaret in se credentium uesti-
gia qua terrenis peccatis sordida fuerant: & exterge-
ret linteo, quo erat præcinctus, id est, corporis sui lin-
teo quo erat præcinctus, purgaret: quia tota illa e-
ius passio est purgatio. Dum formam serui accepit,
nō quod habebat dimisit, sed quod non habebat, as-
sumpsit. Venit ergo ad Simonem Petrum.
Non ita intelligendum est, quasi aliorum pedibus la-
uatis uenisset ad primum apostoli: sed quia inde pri-
mū cœpit, ideo expauescit Petrus, ut dei filius ei pe-
des lauaret, dominus seruo, deus homini. Quando er-
go pedes discipulorū lauare cœpit, uenit ad eū, a quo
cœpit, id est, ad Petrum. Et tūc Petrus (quod etiā qui-
libet eorum expauisset) expauit, atq̄ ait: Dñe tu mi-
biluas pedes. Tu deus, ego homo: tu dominus,

ego seruus: tu redemptor, ego peccator. **R**espōdit
Jesus, et dicit ei: Qd' ego facio, tu nescia mo-
do, scies aut̄ postea. Huius facti mysteriū necdū
intelligis, sed poste intelliges. **Q**ui aliter nō laue-
ro, nō habebis partē mecum. **D**ixit Petrus: Non
lauabis milii pedes in eternum. **J**Aeternū, pro nun-
quā posuit: sed territus respōsione dñi, dixit. **D**omi-
ne, non tantū pedes, sed & manus & caput. **J**Quan-
doquidē sic minaris lauanda tibi mea membra, non
solū ima non subtraho, uerum etiā prima substerno.
Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullā tibi
nego abluendā mei corporis partem. **R**espondit ei
Jesus: Qui lotus est, non habet opus nisi pedes la-
uare, sed est mūdus totus. **J**Quomodo totus est mū-
dus, & utiq̄ tamē pedes ei lauādi sunt, nisi quia mū-
dus est in lauacro sancti baptismatis? In bap̄cim̄o nā
que donantur nobis om̄ia delicta. **S**ed sic uires, q̄ ter-
ram calcat, nō potest absq̄ sordibus esse, sic nemo po-
test uiuere sine peccatis, pro q̄bus quotidie oramus:
Dimitte nobis debita nostra. **I**ter puluere terren⁹ ha-
bitationis homo sordidatus, neceſſe habet iterum la-
uari per gratiam diuinæ pietatis, licet prius eadē gra-
tia esset totus mundatus, apostolo Iohanne atte-
ſtāte: Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos
ipſos decipimus, & ueritas in nobis nō est. **Q**uotidie
igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis:
& q̄tidie nos habere opus, ut pedes lauemus, in ipsa
oratione dominica confitemur, cum dicimus: **D**imit-
te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris. **E**t vos mundi estis, sed non o-
mnes. **Q**od euāgelista sequētibus uerbis exponit,
ideo trāscamus ad cetera. **N**ostquam ergo lauie-

pedes eorum. Id est, impleta redemptionis nostrae purgatione, per sanguinis sui effusionem accepit uestimenta sua, tertio die de sepulchro relurgens, & eodem corpore, q̄ moriebat in cruce, immortalis factus est & uestitus. **Et cum recubuisse**, hoc est, iterum ascendit in cælum, in dexteram dei sedens, & in maiestate paternæ diuinitatis recumbens, unde iterum uicturus est iudicare uiuos & mortuos. Sequitur enim **Dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?** Hoc enim ait, quod ante promiserat, dum Petro apostolo respondit: [Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.] Nunc est illud ante promissum. **Vos vocatis me, magister et domine, et bene dicitis.** Vtique quia uerum dicitis. **Sum etenim Non arrogantis typus, sed ueritatis obsequio dixit.** **Gergo ego laui vestros pedes dominus et magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes.** Si ego deus & dominus dimisi uobis peccata uestra, & uos debetis alter alterius peccata dimittere. Et hoc est quod apostolus ait: **Donantes uobis met ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut dominus donauit nobis, ita & uos inuicem.** Itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, arg⁹ ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. **Licet hoc corporaliter charitatis officio & humiliatis exemplo aliquibus utiliter facere placeat, tamen spiritualiter in corde omnibus agendum est, ut debita nostra inuicem dimittamus nobis, sicut a deo nobis debita nostra dimitti deprecamur.** Sequitur. **Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior eo qui misit illum.** **Si hæc scitis, beatificeris, si feceris**

tis ea. Hoc ideo dixit, quia lauerat pedes discipulo-
rum, magister humiliatis, ut uerbo & ex^{cep}to eos in-
strueret in charitatis officio. **Non de omnibus ave-**
bis. id est, nō oēs uos beatos dico. **Ego scio quos**
elegi ad hanc beatitudinem, ut meorum sequan-
tes preceprorum. **Sed ut implatur scriptura;**

Qui manducat panem mecum leuabit contra
me calcaneum suum, id est, calcabit me. **Manducat**
panem, non ad salutem sibi, sed ad peccatum: quia mā-
ducauit, ut latet proditionis, non ut proficeret ama-
tor. **Quid est quod alio loco dixit.** Nōne uos duodecim elegi,
& unus ex uobis diabolus est? & hic dicitur. **Ego scio quos elegi.** **Electus est enim ille lu-**
das, non ad beatitudinem, sed ad perditionis perfidi-
am: ob salutem mundi, nō suam: quia dictum est de
eo: Melius esset homini illi, si nō fuisset natus. **Istius ue-**
ro, de quibus modo dixit. **Ego scio quos elegi,** **ad beatitudinem aeterna gloriae electi sunt.** **Tunc ha-**
do dico vobis (inquit) **priusquam fiat,** **ut cre-**
datis cum factum fuerit, **quia ego sum.** **Idem** ergo sum de quo illa scriptura praecepsit, ubi dictu est: **Qui manducat meū panem, leuabit super me cal-**
caneum. **Qui accipit si quem misero, me acci-**
pit. **Qui autē me accipit, accipit eum qui me**
misit. Cum haec dicebat, non unitatem naturae diui-
nit, sed mittentis autoritatem ostendit. Sic utique unus erat
quisque eum, qui est missus accipiat, ut in illo, cum quisque
misit, accipiat, uel attendat. **Si ergo attendas Christum** in patre, inuenies discipuli præceptorem: si autem amu-
tēdas patrem in filio, inuenies unigeniti genitorem:
ac sic in eo, qui missus est, siue ullo accipiter errore mis-
tentem. **Cum bec dixisset Jesus, turbatus es-**

spiritu, et protestatus est, et dicit: Amē amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Turba nūc eum imminens passio, & periculum proximū, & traditoris impendens manus, cuius fuerat præconitus animus. Turbatus est itaque spiritu, tanto scelerē traditoris. Turbata est in eo nostra infirmitas, non sua potestas. Sicut pro nobis passus est, ita pro nobis turbatus est. Qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est, ne nostra pturbatio in desperationem cadat, sed in miseratiōe proximorum una penitentia peccatorum uel nostrorū auertatur: qā illius perturbatio, nostra est cōsolatio. [Amen amē dico uobis, quia unus ex uobis trader me.] Unus numero, non merito: specie, non uirtute: commixtione corporali, non uinculo spiritali: carnis adiunctione, non cordis socius unitate. Quid est ex uobis, nisi ex uobis iturus est qui trader me? Aspiciebant ergo adiuicem discipuli, hæsitanter de quo dicebat. Sic quippe in eis erat erga magistrum suum pia charitas, ut tamen eos humana alterum de altero sibi mularet infirmitas. Non fuit unicuique sua conscientia, sed alterius incognita. Erat autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesu. Quod dixerat in sinu, paulo post dicit super pectus Iesu: ipse est Iohannes, cuius est hoc euangelium, sicut postea manifestatur. Erat enim hæc eorum consuetudo, qui sacras nobis literas ministrarunt, ut quando ab aliquo eorum disiuncta narrabatur historia, cum ad seipsum ueniret, tanquam de alio loqueretur: & sic se infereret ordinationi narrationis suæ tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquam ipsius sui prædictor. Ho. Ecclis.

& beatus Moyses, ita de seipso, tanquam de alio cun-
 et a narravit. Diligebat non præ omnibus unum, sed
 quiddam in eo dilexit, quod in alijs non dilexit. i. ut
 pace transiret ex hac uita, non per passionem finirec
 hanc uitam. In sinu Iesu, i. in secreto, de quo illud mi-
 rabile, & in omnibus seculis inauditum crucifixum sa-
 cramentum: In principio erat uerbum, & uerbum erat
 apud deum, & deus erat uerbum. **Innuic autem**
huic Simon Petrus, & dicit ei: **Innuendo dicere,**
 non loquendo significando, non sonando. Quid di-
 cit innuendo? Quod sequitur: **Quis est de quod?**
Cit: Hæc uerba Petrus innuit, nō sono uocis, sed mo-
 tu corporis dixit. **Itaqz cum recubuisset ille su-**
pra pectus Iesu. Hic est utiq pectoris sinus sapi-
 entiae secretū. **Dicit ei: Domine quis ē?** **Respo-**
dit ei Jesus: **Cui ego intinctum panem por-**
 rexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudea Simo-
 nis Scariothis. Et post panem, tūc introiuit in illū sa-
 tanas. Expressus est traditor, nudata sunt latebrae
 tenebrarum. Bonum est quod accepit, sed malo suo
 accepit: quia male bonum malus accepit. **Hic em do-**
 cetur, quām diligēter nobis cauendum sit male acci-
 pere bonum. **Mulatum quippe interest, nō quid acci-**
 piat, sed qz accipiat: nec quale sit quod dāi, sed qua-
 lis sit ipse cui datur. **Intrauit ergo post hunc panem**
 satanas in domini traditorem, ut sibi iam traditum
 plenius possideret, in quem prius intrauerat, ut deci-
 peret. **Auxit enim peccatum traditiōis, præsumptio**
 sacramenti: cū homini ingrato intrasset panis in uen-
 trem, hostis in mentem. Fortassis ergo panis invenit
 illius significās fictionem, qui fictis ad cœnam uenit
 amic⁹. **& falsus ad magistrū uadit discipulus.** **Quod**

faciſ fac citius. Nō præcepit facinus, ſed prædixit
Iude malum, nobis bonum. Quid em̄ Iude peius, &
qd nobis melius, quā traditus ē Christus ab illo uti-
lis? Hoc ē, plus paratus ad paſſionē, quām iratus ad
uindictam. Non tam ad perniciem perfidi ſeuiendo
dixit, q̄ ad ſalutem fidelium festinādo. [Quod facis,
fac citius.] Non qa in tua potestate eſt quem tradas,
ſed quia hoc uult qui omnia potest. **Hoc autē ne-**
mo ſciuit diſcūbentium ad quid dixerit ei.
Quidam em̄ putabant, quia loculos habebat Iudas,
qua dixit ei Iesuſ: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad di-
em festum, aut egenis ut aliquid dare.] Habebat er-
go dominus loculos, etiam fidelibus oblatā conſer-
uans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus
tribuebat. Tunc primum eccleſiaſticæ pecunia form-
a eſt instituta, ut intelligeremus, quod præcepit
nō cogitandū eſſe de craſtino, nec ad hoc fuille pce-
ptum, ne quid pecuniae ſerueretur à sanctis, ſed ne deo
pro iſta ſeruiatur. **L**um ergo accepit ille huic
cellam, eruit continuo. **E**rat autem nox. Erat
enim nox, quia exiſt filius tenebrarum. Exiuit ergo
ad ſuæ perditionis ministerium, & ad noſtræ ſalutis
diſpenſationem: non noſtræ ſalutis conſideratione,
ſed ſuæ negociaſionis intentione. Hinc impletur
quod Psalmita ait: Dies diei eructat uerbum, id eſt, **Pſalmiſ**
C H R I S T V S diſcipulis promebat uerbum ſalu-
tis. Et nox nocti indicat ſcientiam, id eſt, **Iudas Iu-**
dæiſ prodiſtoris malitiā oſtendit. Nunc maiori in-
tentione uerba domini conſideranda ſunt, qua ipſa
nocte ante traditionis horam diſcipulis ſingulariter
loquebatur, profundissima ſunt in myſterijs. Ideo
ubi multum laboraturus eſt diſputator, nō remiſſus

FERIA V.

debet esse auditor. Alius consideranda sunt altissimi dicta, qui occulat, ut queramus: & manifestat, ut inueniamus. Ipse est qui claudit, & aperit: claudit ut queramus: aperit, ut inueniamus: ut inquisitor frumentum accipiat sudoris sui, & largitor laudem & gratiam bonitatis sua habeat. ***Et dicit Iesus:*** ***Hunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificatus est in eo.*** Hic aliquid magnū significat in hac clarificatione. Exiuit Iudas, & clarificatus est Iesus: exiuit filius perditōis, & clarificatus est filius hominis. Exeunte itaque in mundo omnes mundi remanserunt, & cum suo mundatore remanerunt. Tale aliquid erit, cum uictus a Christo trāseat hic mundus cū zizanis à tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. De hac clarificatione futura sanctorum locuturus, uerbo præteriti temporis usus est. Quod enim futurū in sanctis est, hoc in p̄ destinatione dei factum esse dicitur. ***Nunc clarificatus est filius hominis.*** Tanquam diceret: Ecce in illa mea clarificatione quid erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit. Sic autem nō est dictum: nunc significatus est filius hominis significatione, quemadmodum non est dictum: petra significabat Christum, sed petra erat Christus. Cum autē dixisset, ***[Nunc clarificatus est filius hominis.]*** adiūxit: ***Et deus clarificatus est in eo.*** Est em clarificatio filii hominis, ut deus clarificetur in eo. Non enim ipse in seipso, sed deus in illo clarificatur, tunc & illum deus in se clarificat. Denique tanquam ista exponēs adiungit, & dicit: ***Si deus clarificatus est in eo, deus clarificauit eum in semetipso.*** Hoc est, si deus clarificatus est in eo, qui nō uenit fa-

PALMARVM

701
sibi & uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misericordia est & deus clarificauit eum in semetipso. Ut natura humana, in qua est filius hominis, quia a uerbo aeterno suscepit est, etiam immortali aeternitate donetur. Et continuo, inquit, clarificabit eum. Resurrectione scilicet sua non sicut nostra in fine seculi, sed continuo futura.

PASSIO DOMINI

nostri Iesu Christi secundum Ioannem. Feria sexta Paraclitae. Ioh. XVIII.

In illo tempore Egressus Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron. Et rela-

K EST genitius pluralis est in greco, quod potest latine cedrorum dici. Tunc appropinquauit tempus, de quo Psalmista legitur: De torrente in via biber, id est, in via huius uitae de torrente passionis bibit, propterea exaltabit caput, quod Apostolus ita exposuit: Christus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum. *Ubi erat hortus, in quem introiunxit ipse, et discipuli eius.* Bene in horro misericordiae nostra comprehensus est, ut nos in hortum beatitudinis suae induceret. Igitur in horto deliciarum, id est, in paradyso primus pater humani generis peccauit, & inde electus est in hanc uallem lachrymarum. Ideo Christus secundus Adam se in horto compre-